Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

Programma Quo Decanus Facultatis Philosoph. Joannes Huswedelius, Pract. Philos. Profess. Ad Orationem De Ieiunio audiendam Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Professores coeterosq[ue] omnium ordinum cives Academicos officiose invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1643

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815671

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Programm zur Vert. Ernst Meier

Joh. Huswedel – E. Meier.
R. U. theol. 1643.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815671/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815671/phys_0002
DFG

PROGRAMMA
Quo
DECANUS Facultatis Philoſoph.
JOANNES HUSWEDELIUS, Pract. Philoſ. Profeſs.
Ad Orationem
De
JEJUNIO
audiendam
Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Profeſſores cæterosq; omnium ordinum cives Academicos officioſè invitat.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typog.
Anno M. DC. XLIII.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815671/phys_0003
DFG

TEmporis hujus Eccleſiaſtica appellatio monet nos, ut non tantum de jejunio diſputemus ac diſſeramus verbis, verum ut re ipſa, quod dicitur ac diſputatur, probemus & vero, ſecundũ pietatem, uſu oſtendamus. Eſt a. jejunium non unius modi. Israelitis praeceptum divinitus erat jejunium commune & ſolenne: Erat privatum, quod quisque ſibi indicebat, ſive per continuos dies aliquot, extra ordinem, ſive more quodam perpetuo, ſtatis diebus. Eſt hodieq; & exercetur Jejunium vel ſerium & Evangelicum, vel hypocriticum ſive ſimulatum & phariſaicum. Cæteris relictis loco ſuo, ſolius Evangelici & vere Chriſtiani mentionem faciemus: quod Philo Judæus lib. 2. de vita Moyſis, deſcribit his verbis, licet Judaiſmum redolentibus; Τίς δὲ τὴν λεγομένην νηστείαν οὐ τέθηπε καὶ προσκυνεῖ; καὶ μάλιστα δι' ἔτους ἀγομένην, τῆς ἱερομηνίας αὐστηρότερον καὶ σεμνότερον τρόπον: ἐν ᾗ μὲν γὰρ πολὺς ἄκρατος καὶ τράπεζα πολυτελὴς, καὶ ὅσα περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἄφθονα πάντα, δι' ὧν αἱ ἀκόρεστοι γαστρὸς ἡδοναὶ συναύξονται προσαναρρηγνῦσαι καὶ τὰς ὑπογαστρίους ἐπιθυμίας: ἐν ᾗ δ' οὐ σιτίον, οὐ ποτὸν ἔξεστι προσενέγκασθαι, καθαραῖς ὅπως διανοίαις, μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, μηδὲ ἐμποδίζοντος πάθους, ὁποῖα φιλεῖ συμβαίνειν ἐκ πλησμονῆς, ἑορτάζωσιν ἱλασκόμενοι τὸν πατέρα τοῦ παντὸς αἰσίοις εὐχαῖς, δι' ὧν ἀμνηστίαν μὲν παλαιῶν ἁμαρτημάτων, κτῆσιν δὲ καὶ ἀπόλαυσιν νέων ἀγαθῶν εἰώθασιν αἰτεῖσθαι. *Quis jejunum cum ſtupore non admiretur? præſertim quotannis recurrens, ſacrato menſe, juxta diſciplinam auſteram ac ſeveram. Sunt enim qui ſic jejunent, ut nec merum deſit, nec cupediæ, dapſiliter appoſitis cibis ac poculis, non tantum ventrem expleturis, verum etiam ſubventraneas concupiſcentias exci-*

cita-

citaturis: Sed ubi ſic jejunatur, ut nec cibum nec potum attingere liceat, ne quid corporearum affectionū purgatæ menti obſtrepat, ut fit in ſaturitate feſta celebrantium: Ibi intentis omnib9 ad placandum patrem hujus univerſi pia precatione id unum agitur, ut concedat præcedentium peccatorum veniam, & in poſterum novis beneficiis ſuam gratiam augeat. Digna certè feſtivitas, digna conſvetudo, qvæ etiam in Eccleſia locum inveniat ac ſervet: qvippe qvæ ortum, à primo, primis hominibus dato præcepto, habeat; qvæ varios fructus in heroicis antecedentium ſeculorum animis edidit, varios hodieq́; edit, & omnibus veri jejunii obſervantibus pollicetur. Quid enim peccata efficacius pellit, qvam hoc jejunii pharmacum? οἱ ἐν τοῖς ἐγκάτοις τῶν παίδων ζωογονούμενοι σκώληκες φαρμάκοις τοῖς δριμυτάτοις ἐξαφανίζονται: οὕτως ἁμαρτίαν ὑποικουροῦσαν τῷ βάθει ἐναποκτείνει τῇ ψυχῇ ἐπεισελθοῦσα νηστεία, ἥγε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξία. Vermes qvi in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis qvibusdam vehementer acribus & amaris expelluntur: ita peccatum in intimis ſeceſſibus habitans, exſtingvit, enecatq́;, ſimulac in animam ſupervenerit jejunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, qvod inedia purget animæ viſcera. Imò peccati patrem & autorem ipſum ejicit, qvod Servatori noſtro confirmanti merito credimus. Accendit preces. Chriſtus enim cujus omnis actio noſtræ ſervit inſtitutioni ſui muneris functionem jejunio initiabat, qvod Chriſtiani veteres imitati ſunt, Act. 13. 3. & 14. 22. Pœnas irati numinis avertit & pœnitentiam, non illam fictam & hypocriticam, ſed veram, ex animo non ficto profectam, comitatur fideliter & aſſiduè, nec ſe, niſi per dolum & vim forte peccati, ab ea ſeparari patitur, teſtibus Ninivitis & qvotidiaua experientia: Adſiſtit Spiritui, in illa contra carnem ſuſcepta, & nunqvam non pugnanda, pugna, animos ei addit, manum porrigit, vires, ad

victori-

victoriam ſufficit, proſtratos erigit & in gradum reſtituit. De valetudinis cuſtodia, de efficacia in pellendis morbis ex copia & luxu contractis, de faſtidio emendando, de appetentia naturali & ordinaria reſtituenda, de ſexeentis aliis, quæ à jejunio promittuntur & proficiſcuntur commodis. & aliis huc pertinentibus, quæ meditatus & commentatus eſt, explicabit, ac ediſſeret Ornatiſſ. ac Doctiſſ. Juvenis DN. ERNESTUS MEIERUS *Lubecenſis, S. S. Theol. ac Phil. Stud. Eam orationē die Jovis h. 9. volente* DEO, *exhibebit auditorio publico: cui audiendo, ut Magnif. Dn. Rector, Ampliſſ. & Clariſſimi Dn. Profeſſores, Doctores, Reverendi Eccleſiæ Paſtores & Miniſtri, cæteriq; omnium ordinum eruditi Viri ac Studioſi juvenes intereſſe, ac dicenti benevolas aures præbere dignentur, qua par eſt obſervantia ac ſtudio, ab omnibus ac ſingulis contendimus, vieiſſim facturi promta ac parata opera, in omni officiorum genere, quod cujusque dignitas à nobis poſtulaverit, noſtra vero nobis mediocritas nobis permittit. P. P. Roſtochii ſub Sigillo Decanatus, prid. Kal. Martii.*

Anno CIϽ IϽC XLIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737815671/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815671/phys_0008
DFG

citaturis: Sed ubi ſic jejunatur, ut nec cibum nec potun
gere liceat, ne quid corporearum affectionū purgatæ ment
pat, ut fit in ſaturitate feſta celebrantium: Ibi intentis om
placandum patrem hujus univerſi pia precatione id uni
tur, ut concedat præcedentium peccatorum veniam, & i
rum novis beneficiis ſuam gratiam augeat. Digna certè
tas, digna conſvetudo, quæ etiam in Eccleſia locum inve
ſervet: quippe quæ ortum, â primo, primis hominibus d
cepto, habeat; quæ varios fructus in heroicis anteceden
culorum animis edidit, varios hodieq́; edit, & omnibus v
nii obſervantibus pollicetur. Quid enim peccata effica
lit, quam hoc jejunii pharmacum? οἱ ἐν τοῖς ἐγκάτοις τῶν
ζωογονούμενοι σκώληκες φαρμάκοις τοῖς δριμυτάτοις ἐξαφα
οὕτως ἁμαρτίαν ὑποικουροῦσαν τῷ βάθει ἐναποκλείνει τῇ ψυχῇ
θοῦσα νηστεία, ἥγε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξία.
qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis qu
vehementer acribus & amaris expelluntur: ita peccatum
mis receſſibus habitans, exſtinguit, enecatq́;, ſimulac in
ſupervenerit jejunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine,
edia purget animæ viſcera. Imò peccati patrem & autor
ejicit, quod Servatori noſtro confirmanti merito credimu
dit preces. Chriſtus enim cujus omnis actio noſtræ ſervit i
ni ſui muneris functionem jejunio initiabat, quod Chriſti
res imitati ſunt, Act. 13. 3. & 14. 22. Pœnas irati numi
tit & pœnitentiam, non illam fictam & hypocriticam
ram, ex animo non ficto profectam, comitatur fidelite
duè, nec ſe, niſi per dolum & vim forte peccati, ab ea
patitur, teſtibus Ninivitis & quotidiana experientia
Spiritui, in illa contra carnem ſuſcepta, & nunquan
gnanda, pugna, animos ei addit, manum porrigit,